

C A P. XIV.

Trasformazioni di Esculapio, di Chirone, di Ociroe.

Semifer interea divinæ stirpis alumno
 Lætus erat, mistoque oneri gaudebat honore.
 Ecce venit rutilis humeros protecta capillis
 Filia Centauri, quam quondam nympha Chariclo,
 Fluminis in rapidi ripis enixa, vocavit
 Ocyrhoën. Non hæc artes contenta paternas
 Edidicisse fuit; fatorum arcana canebat.
 Ergo, ubi vaticinos concepit mente furores,
 Incaluitque Deo, quem clausum pectore habebat,
 Aspicit infantem; Totique salutifer orbi
 Cresce, puer, dixit: tibi se mortalia sæpe
 Corpora debebunt: animas tibi reddere adeptas
 Fas erit; idque semel Dis indignantibus ausus,
 Posse dare hoc iterum flammâ prohibebere avitâ:
 Eque Deo corpus fiet exangue: Deusque,
 Qui modo corpus eras; et bis tua fata novabis.
 Tu quoque, care pater, non jam mortalis, et ævis

- XIV. *Semifer*. Perchè nella parte inferiore del corpo era cavallo.
Alumno. Esculapio figlio di Apollo.
Oneri. La fatica dell'educazione.
Venit. Venne all'antro del padre dove era l'infante.
Humeros protecta. Coi capelli sparsi sulle spalle a modo de' vaticinanti.
Filia Centauri. Ociroe figlia di Chirone e della ninfa Chariclo.
 Ociroe significa *veloce*.
Artes . . . paternas. La medicina, l'astronomia, la musica.
Fatorum arcana etc. Prediceva il futuro.
Vaticinos concepit etc. I vaticinanti credevansi esser compresi da furor divino, e agitati internamente dal Dio che gl'ispirava.
Infantem. Esculapio.
Se . . . debebunt. Gli uomini sovente ti saranno debitori della salute e della vita.
Animas . . . reddere. Esculapio richiamò alla vita Ippolito: ma Giove indispettito lo fulminò.
Flammâ . . . avitâ. Il fulmine di Giove. Esculapio era figlio di Febo, e Febo di Giove.
Eque Deo etc. Quantunque Dio morirai, e poi sarai di nuovo richiamato alla vita.
Tu quoque. Anche tu o caro padre (Chirone) che fosti creato

Omnibus ut maneat, nascendi lege creatus,
 Posse mori cupies tum, cum cruciaberis diræ
 Sanguine serpentis per saucia membra recepto:
 Teque ex æterno patientem numina mortis
 Efficient; triplicesque Deæ tua fila solvent.
 Restabat fati aliquid; suspirat ab imis
 Pectoribus, lacrimæque genis labuntur obortæ,
 Atque ita: Prævertunt, inquit, me fata, vectorque
 Plura loqui, vocisque meæ præcluditur usus.
 Non fuerant artes tanti, quæ numinis iram
 Contraxere mihi: mallet nescisse futura.
 Jam mihi subduci facies humana videtur,
 Jam cibus herba placet, jam latis currere campis
 Impetus est: in equam, cognataque pectora vertor.
 Tota tamen quare? pater est mihi nempe biformis.
 Talia dicentis pars est extrema querelæ
 Intellecta parum, confusaque verba fuerunt.
 Mox nec verba quidem, nec equæ sonus ille videtur,

di natura immortale desidererai di poter morire, allorchè ecc.
 L' Ariosto (C. X.)

E per dar fine a tanto aspro martire,
 Spesso si duol di non poter morire.

Sanguine serpentis. Chirone dette ospitalità a Ercole, e prendendo in mano le sue saette tinte del veleno dell'Idra, fu da una di quelle cadutagli di mano ferito in un piede: il che gli cagionò sì incomportabil dolore, che gli Dei sentitane pietà gli concessero la morte, onde ne fosse liberato. Fu poi cambiato nella costellazione detta il Sagittario.

Patientem . . . mortis. Mortale.

Triplicesque Deæ. Le Parche troncheranno gli stami della tua vita. Si chiamavano Cloto, Lachesi, e Atropo. Erano vecchie e bruttissime, e tali le ha dipinte Michelangiolo nel suo quadro famoso che si ammira nella Galleria Pitti di Firenze.

Restabat . . . aliquid. Rimaneva qualche altra cosa da vaticinare, come per esempio che il padre sarebbe trasferito tra le stelle ecc.

Prævertunt. Mi occupano, m'impediscono. Era nei destini che fosse trasformata in cavalla.

Vocisque meæ. Perchè adoprai troppo la voce, perchè dissi più del dovere, ora mi è tolto l'uso della favella.

Non fuerat . . . tanti. Le arti del vaticinare non erano di tanto momento da dovermi tirare addosso l'ira del nume.

Cognata . . . pectora. Perchè il padre in parte era cavallo.

Sed simulantis equam, parvoque in tempore certos
Edidit hinnitus, et brachia movit in herbas.
Tum digiti coeunt, et quinos alligat ungues
Perpetuo cornu levis ungula: crescit et oris,
Et collis spatium: longæ pars maxima pallæ
Cauda fit: utque vagi crines per colla jacebant,
In dextras abiere jubas, pariterque novata est
Et vox, et facies: nomen quoque monstra dederunt.

CAP. XV.

Batto mutato in sasso.

Flebat, opemque tuam frustra Philyreus heros,
Delphice, poscebat: nam nec rescindere magni
Jussa Jovis poterat: nec, si rescindere posses,
Tunc aderas: Elim, Messeniaque arva colebas,
Illud erat tempus, quo te pastora pellis
Textit, onusque fuit baculum silvestre sinistra;
Alterius, dispar e septem fistula cannis.
Dumque amor est curæ, dum te tua fistula mulcet,
Incustoditæ Pylios memorantur in agros

Simulantis. Di chi imita, contraffà.

Certos . . . hinnitus. Nitriti chiari, veri, quali sono quelli del cavallo, non quelli di chi lo contraffà.

Coeunt. Le dita delle mani e de' piedi si congiungono.

Perpetuo. Continuo.

Pallæ. Veste lunga.

Monstra. La trasformazione, il nuovo aspetto le dette il nome di *Evippe* che significa bella cavalla.

XV. Flebat. Piangeva la perduta figlia.

Philyreus heros. Chirone figlio di Filira.

Rescindere . . . jussa. Rompere gli ordini.

Nec . . . aderas. Non eri in Tessaglia ove abitava Chirone.

Elim, Messeniaque. L'Elide è città, e la Messenia regione del Peloponneso.

Illud erat tempus, etc. Apollo sdegnato contro Giove per la morte di Esculapio rivolse il suo sdegno contro i Ciclopi fabbricatori dei fulmini, e ne uccise molti. Per il che da Giove fu privato per un anno della divinità, e per campare la vita fu costretto ad acconciarsi a guardar le pecore con Admeto re di Tessaglia.

Onusque fuit etc. Portavi nella sinistra un bastone e nella destra una sampogna di sette dispari canne.

Pylios. Di Pilo città di Messenia, patria di Nestore.

Processisse boves: videt has Atlantide Majâ
Natus, et arte suâ silvis occultat abactas.
Senserat hoc furtum nemo, nisi natus in illo
Rure senex; Battum vicinia tota vocabant,
Divitis hic saltus herbosaque pascua Nelei,
Nobiliumque greges custos servabat equarum.
Hunc timuit, blandaque manu seduxit, et illi,
Quisquis es, hospes, ait, si forte armenta requiret
Hæc aliquis, vidisse nega: neu gratia facto
Nulla rependatur, nitidam cape præmia vaccam.
Et dedit: accepta, voces has reddidit hospes:
Tutus eas; lapis iste prius tua furta loquetur.
Et lapidem ostendit. Simulat Jove natus abire:
Mox redit, et versâ pariter cum voce figurâ,
Rustice, vidisti si quas hoc limite, dixit,
Ire boves, fer opem, furtoque silentia deme:
Juncta suo pretium dabitur tibi fœmina tauro.
At senior, postquam est merces geminata, sub illis
Montibus, inquit, erant; et erant sub montibus illis.
Risit Atlantiades, et, me mihi, perfide, prodis?
Me mihi prodis? ait: perjuraque pectora vertit
In durum silicem, qui nunc quoque dicitur Index:
Inque nihil merito vetus est infamia saxo.

Atlantide Majâ natus. Mercurio figlio di Maia nata d'Atlante.

Arte suâ. Colla sua astuzia da ladro.

Abactas. Portate via.

Senserat . . . nemo. Nessuno si era accorto di questo furto.

Nelei. Neleo re di Pilo, padre di Nestore.

Seduxit. Lo tirò da parte con lusinghe.

Hospes. O forestiero.

Neu gratia . . . nulla. E per rendere all'opera tua qualche mercede, prenditi una grassa vacca.

Hoc limite. Per questa via.

Silentia deme. Scoprimi il furto.

Erant; et erant. Con questa ripetizione si vuole che alludasi ad un miserabile poeta di nome Batto, che ne' suoi versi ridiceva spesso le medesime cose. Checchè ne sia, Mercurio ripetendo le parole *me mihi prodis* si fa beffe di questo poeta dal cui nome è derivata la figura detta dai Greci Battologia, che è un' inetta ripetizione delle stesse parole.

Index. Credesi che sia la pietra di cui si valgono gli orefici per far saggio dell'oro, e chiamasi pietra del paragone, o pietra Lidia.

Nihil merito. L'infame nome di spia (*index*) rimase a quel sasso che non l'avea meritato.

C A P. XVI.

Mercurio s'innamora di Erse.

Hinc se sustulerat paribus Caducifer alis:
Munychiosque volans agros, gratamque Minervæ
Despectabat humum, cultique arbusta Lycei.
Illâ forte die castæ de more puellæ
Vertice supposito festas in Palladis arces
Pura coronatis portabant sacra canistris.
Inde revertentes Deus aspicit ales, iterque
Non agit in rectum, sed in orbem curvat eundem:
Ut volucris visis rapidissima milvius extis,
Dum timet, et densi circumstant sacra ministri,
Flectitur in girum, nec longius audet abire,
Spemque suam motis avidus circumvolat alis:
Sic super Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursus, et easdem circinat auras.
Quanto splendidior, quam cœtera sidera, fulget

XVI. *Hinc*. Di qui; cioè dall'Elide e dalla Messenia.

Caducifer. Il portatore del Caduceo, cioè Mercurio. Il Caduceo era una verga cui stavano avvolti due serpenti, con due piccole ali in cima. Con essa Mercurio

I mortali dolcemente assonna
Sempre che il vuole, e gli dissonna ancora.
(Odiss. XXIV. Trad. del Pindemonte.)

Munychios. Dell'Attica, dove era il promontorio Munichio.

Gratam . . . Minervæ . . . humum. Atene.

Lycei. Il Liceo era un ameno passeggio presso Atene, così detto da Lico figlio di Pandione.

Illâ . . . die. Il giorno ventesimo secondo del mese Ecatombeone rispondente quasi al nostro Luglio nel quale ogni cinque anni si celebravano con solennissima pompa le feste dette Panatenee.

Palladis arces. Atene ove Pallade avea varii templi tra quali il famoso Partenone.

Coronatis etc. Nei giorni solenni alcune fanciulle chiamate Canefore portavano in capo panieri coronati di fiori nei quali contenevansi gli arredi sacri.

In orbem. In giro.

Actæas. Attiche.

Circinat. Ruota intorno.

Quanto splendidior . . . Lucifer.

Fra le più adorne non pareva men bella
Che sia tra l'altre la Ciprigna stella.

(ARJOSTO)

Lucifer, et quanto, quam te, Lucifer, aurea Phœbe,
Tanto virginibus præstantior omnibus Herse
Ibat, eratque decus pompæ, comitumque suarum,
Obstupuit formâ Jove natus, et æthere pendens
Non secus exarsit, quam cum Balearica plumbum
Funda jact: volat illud, et incandescit eundo,
Et quos non habuit, sub nubibus invenit ignes.
Vertit iter, cœloque petit diversa relicto:
Nec se dissimulat; tanta est fiducia formæ.
Quæ quamquam justa est, curâ tamen adjuvat illam:
Permulcetque comas, chlamydemque ut pendeat apte,
Collocat; ut limbus, totumque appareat aurum:
Ut teres in dextrâ, quâ somnos ducit, et arcet,
Virga sit; ut tersis niteant talaria plantis.
Aspicit hunc oculis isdem, quibus abdita nuper
Viderat Aglauros flavæ secreta Minervæ.
Vertit ad hanc torvi Dea bellica luminis orbem.

Phœbe. La luna.

Herse. Figlia di Cecrope re di Atene.

Balearica. Le Baleari sono isole all'oriente della Spagna: le principali si chiamano Maiorca e Minorca. Anticamente i loro abitanti erano famosi saettatori.

Plumbum. Palla.

Nec se dissimulat. Non prende altra forma.

Justa. Bella, elegante.

Permulcet. Acconcia, liscia.

Ut pendeat apte. Che penda ugualmente e con eleganza dall'una e dall'altra spalla. L'Anguillara così descrive l'acconciatura di Mercurio.

Sebbene il suo divin semblante è tale,
Che mirabile appar parte per parte,
Pur rassetta il cappel, rassetta l'ale,
E cerca d'ajutarsi ancor con l'arte;
Aggiusta i serpi, e fa pender uguale
La veste, e con tal studio la comparte,
Che mostra tutto il bel del suo lavoro,
E tutto l'ornamento e tutto l'oro.

Hunc. Mercurio.

Aglauros. Aglauro sorella di Erse guarda Mercurio con quei medesimi occhi curiosi con cui avea non ha guari osservati i misteri di Minerva.

Dea bellica. Pallade.

Luminis orbem. Lo sguardo.

CAP. XVII.

Pallade va alla casa dell' Invidia.

Per più d'un angue al fero teschio attorto
Veggio ch'atro veleno intorno spiri,
Mostro crudel che il livid' occhio e torto
Su lo splendor de l'altrui gloria giri.

(MENZINI)

Protinus Invidiæ nigro squalentia tabo
Tecta petit. Domus est imis in vallibus antri
Abdita, sole carens, non ulli pervia vento,
Tristis, et ignavi plenissima frigoris; et quæ
Igne vacet semper, caligine semper abundet.
Huc ubi pervenit bello metuenda virago,
Constitit ante domum (neque enim succedere tectis
Fas habet) et postes extremâ cuspide pulsat.
Concussæ patuere fores. Videt intus edentem
Vipereas carnes, vitiorum alimenta suorum,
Invidiam, visâque oculos avertit: at illa
Surgit humo pigre, semesarumque relinquit
Corpora serpentum; passuque incedit inertis.
Utque Deam vidit, formæque armisque decoram,
Ingemuit, vultumque ima ad suspiria duxit.
Pallor in ore sedet, macies in corpore toto;
Nusquam recta acies, livent rubigine dentes;
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno;
Risus abest, nisi quem visi movere dolores;
Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis;
Sed videt ingratos, intabescitque videndo,

XVII. *Tabo* Sangue corrotto, marcia.

Virago. Donna d'animo virile: Pallade.

Neque . . . fas. Non le è lecito entrare nella casa, perchè gli Dei non vanno soggetti all' Invidia.

Vultum . . . ad suspiria. Atteggio il volto a profondi sospiri.

Risus abest. Si fa lieta solo alle altrui sventure. Dante (*Purg.* C: XIII.) fa dire a una donna invidiosa:

... Fui degli altrui danni
Più lieta assai che di ventura mia.

Intabescit. Si logora, si rifinisce nel vedere le liete sorti degli uomini.

Successus hominum, carpitque, et carpitur unâ,
Suppliciumque suum est. Quamvis tamen oderat illam,
Talibus affata est breviter Tritonia dictis:
Infice tabe tuâ natarum Cecropis unam;
Sic opus est: Aglauros ea est. Haud plura locuta
Fugit, et impressâ tellurem reppulit hastâ.
Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens,
Murmura parva dedit, successorumque Minervæ
Indoluit, baculumque capit, quem spinea tortum
Vincula cingebant, adopertaque nubibus atris
Quacumque ingreditur, florentia proterit arva;
Exuritque herbas, et summa papavera carpit;
Afflatuque suo populos, urbesque domosque
Polluit, et tandem Tritonida conspicit arcem,
Ingeniis, opibusque, et festâ pace virentem:
Vixque tenet lacrymas, quia nil lacrymabile cernit.

Carpitur.

L' invidia, figliuol mio, se stessa macera.

(SANNAZZARO)

Tritonia. Pallade nata presso la palude Tritonide in Libia.

Impressâ . . . hastâ. Esprime il moto di chi si leva a volo: perchè in certo modo si viene a respinger la terra allorchè si fa forza ad essa per levarsi in aria.

Successorumque etc. Mentre si accinge a servir Minerva, e a esercitar la sua iniqua arte, si duole che Minerva medesima debba esser lieta venendo a capo del suo disegno.

Spinea. Le spine sono simbolo de' tormenti che produce l' Invidia.
Quacumque etc.

Si parte e dove passa i campi lieti

Secca, e pallido il sol si fa repente.

(GERUS. C. IX.)

Summa papavera carpit. Svetta i papaveri, quasi dolendosi che si levino tanto alto.

Tritonida . . . arcem. Atene sacra a Pallade.

Ingeniis etc. Fiorente d'ingegni, di prosperità, e di festiva pace.

Vixque tenet. Quest'ultimo tratto compie il quadro dell' indole dell' Invidia.

CAP. XVIII.

*L'Invidia tormenta Aglauro la quale da Mercurio
è trasformata in sasso.*

Io son Aglauro che divenni sasso.

(DANTE, Purg. C. XIV.)

Sed postquam thalamos intravit Cecrope natæ,
Jussa facit, pectusque manu ferrugine tincta
Tangit, et hamatis præcordia sentibus implet;
Inspiratque nocens virus, piceumque per ossa
Dissipat, et medio spargit pulmone venenum.
Neve mali causæ spatium per latius errent,
Germanam ante oculos, fortunatumque sororis
Conjugium pulchrâque Deum sub imagine ponit;
Cunctaque magna facit, quibus irritata, dolore
Cecropis occulto mordetur, et anxia nocte,
Anxia luce gemit; lentâque miserrima tæbe
Liquitur, ut glacies incerto saucia sole:
Felicisque bonis aliter non uritur Hæreses,
Quam cum spinosis ignis supponitur herbis,
Quæ neque dant flammæ, lenique tepore cremantur.
Sæpe mori voluit, ne quidquam tale videret;
Sæpe, velut crimen, rigido narrare parenti.
Denique in adverso venientem limine sedit
Exclusura Deum: cui blandimenta, precesque,
Verbaque jactanti mitissima, Desine, dixit,
Hinc ego me non sum nisi te motura repulso.
Stemus, ait, pacto velox Cyllenius isto:

XVIII. *Cecrope natæ*. Di Aglauro.

Pectusque manu. Le tocca il petto con mano tinta di ruggine divoratrice, le empie le viscere di adunche spine ecc. Tutti simboli de' tormenti che fa provar l'Invidia.

Neve mali. Senso. Perché Aglauro non cerchi altrove le cause del suo martoro, l'Invidia le pone innanzi agli occhi la sorella Erse beata delle nozze di un Dio bellissimo della persona.

Cecropis. La Cecropide: Aglauro.

Liquitur, ut glacies. L'Ariosto dice:

La misera si strugge, come falda
Strugger di neve intempestiva suole
Ch' in loco aprico abbia scoperto il Sole.

Spinosis . . . herbis. Spine non ancora aride.

Ne quidquam. Le nozze di Mercurio colla sorella.

Cui blandimenta. Con cui usando carezze e preghiere ecc.

Cælestique fores virgâ patefecit: at illi
Surgere conanti partes, quascumque sedendo
Flectimus, ignavâ nequeunt gravitate moveri.
Illa quidem pugnat recto se attollere trunco:
Sed genum junctura riget, frigusque per unguës,
Labitur, et pallent amisso sanguine venæ.
Utque malum late solet immedicabile cancer
Serpere, et illæsas vitiatis addere partes;
Sic lethalis hyems paulatim in pectora venit,
Vitalesque vias, et respiramina clausit.
Nec conata loqui est; nec, si conata fuisset,
Vocis habebat iter: saxum jam colla tenebat;
Oraque duruerant, signumque exanguë sedebat.
Nec lapis albus erat, sua mens infecerat illam.

CAP. XIX.

Giove trasformato in toro rapisce Europa.

. In un formoso e bianco tauro
Si vede Giove per amor converso
Portarne il dolce suo ricco tesoro,
E lei volgere il viso al lito perso.

(POLIZIANO, St. 105)

Has ubi verborum pœnas, mentisque profanæ
Cepit Atlantiades, dictas a Pallade terras
Linqvit, et ingreditur jactatis æthera pennis.
Sevocat hunc genitor, nec causam fassus amoris,
Fide minister, ait, jussorum, nate, meorum,
Pella moram, solitoque celer delabere cursu;

Illi. Ad Aglauro.

Illa . . . pugnat. Si sforza di alzarsi sulla persona.

Lethalis hyems. Freddo mortale.

Colla tenebat. Occupava il collo.

Signum. Statua.

Infecerat. L'anima turpe la tinse di nero. Gli uomini trasformati conservano sempre qualcheduna delle loro prime qualità naturali. Licaone la feritâ, Dafne il nitore ecc.

XIX. *Verborum*. Dopochè ebbe punite le parole di Aglauro che avea detto volerlo scacciare ecc.

Dictas a Pallade. L'Attica ove era Atene che avea il nome da Pallade. Vedi Lib. VI. Cap. III.

Sevocat. Chiama in disparte.

Nec . . . fassus etc. E senza svelargli il suo amore.

Quæque tuam matrem tellus a parte sinistra
 Suscipit (indigenæ Sidonida nomine dicunt)
 Hanc pete, quodque procul montano gramine pasci
 Armentum regale vides, ad littora verte.
 Dixit, et expulsi jamdudum monte juvenci
 Litora jussa petunt, ubi magni filia regis
 Ludere, virginibus Tyriis comitata, solebat.
 Non bene conveniunt, nec in unâ sede morantur
 Majestas, et amor: sceptri gravitate relicta,
 Ille pater rectorque Deum, cui dextra trisulcis
 Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem,
 Induitur faciem tauri, mistusque juvencis
 Mugit, et in teneris formosus obambulat herbis;
 Quippe color nivis est, quam nec vestigia duri
 Calcavere pedis, nec solvit aqualicus Auster.
 Colla toris extant; armis palearia pendent;
 Cornua parva quidem, sed quæ contendere posses
 Facta manu, puraque magis perlucida gemmâ.

Quæque tuam etc. La madre di Mercurio è una delle Plejadi, la quale sta nella fronte del Toro che è diviso dal circolo equinoziale, e per i Fenici è costellazione meridionale.

A parte sinistra. Pare che Giove mentre dava questi ordini a Mercurio fosse volto a occidente, e allora la *parte sinistra* è quella di mezzo giorno. Questo passo ha fatto vuotar la testa a tutti gl'interpreti, ma ancora non è chiaro abbastanza.

Indigenæ. I naturali.

Sidonida. Fenicia, o Sidonia dal nome della città capitale.

Jamdudum. Di tratto.

Filia regis. Europa figlia di Agenore che regnò in Tiro circa quindici secoli avanti l'era volgare.

Ludere . . . solebat. Soleva diportarsi, sollazzarsi.

Virginibus Tyriis. Colle vergini di Tiro città di Fenicia.

Non bene conveniunt. L'amore e la maestà non bene si accordano quando si tratti di un amore pazzo e brutale a segno da imbestiarsi come fa qui il re degli Dei: ma il razionale e nobile amore può accordarsi benissimo con qualunque maestà più augusta.

Trisulcis . . . armata. La cui destra è armata di fulmini.
Quam nec vestigia etc.

Candido più che nevi ancor non mosse.

(ARIOSTO, C. XVIII.)

Auster. Vento meridionale che porta la pioggia, e perciò detto qui *aqualicus* con parola formata da Ovidio.

Colla toris extant. Dal petto toroso, cioè carnoso, sporge in fuori il collo.

Armis palearia. Dalle spalle pende la giogaia.

Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen;
 Pacem vultus habet. Miratur Agenore nata
 Quod tam formosus, quod prælia nulla minetur.
 Sed, quamvis mitem, metuit contingere primo:
 Mox adit, et flores ad candida porrigit ora.
 Qui nunc alludit, viridique exultat in herbâ;
 Nunc latus in fulvis niveum deponit arenis;
 Paulatimque metu dempto, modo pectora præbet
 Virgineâ plaudenda manu, modo cornua sertis
 Impedienda novis: ausa est quoque regia virgo,
 Nescia quem premeret, tergo considerare tauri.
 Tum Deus a terrâ, siccoque a littore sensim
 Falsa pedum primis vestigia ponit in undis;
 Inde abit ulterius, mediique per æquora ponti
 Fert prædam: pavet hæc, litusque ablata relictum
 Respicit; et dextrâ cornu tenet, altera dorso
 Imposita est: tremulæ sinuantur flamine vestes.

Nullæ . . . minæ. Non truce o di torvo sguardo come gli altri tori, ma di placido aspetto.

Sertis . . . novis. Di corone di fiori novelli.

Falsa. Fallaci.

Æquora ponti. Perifrasi poetica del mare: e qui del Mediterraneo a traverso al quale Giove divenuto bestia portò Europa nell'Isola di Creta, oggi *Candia*.

Dextrâ cornu etc.

La veste ondeggia e indietro fa ritorno.

L'una man tiene al dorso, e l'altra al corno.

(POLIZIANO, St. 105.)